

futuri temporis fidelibus: | notum esse volumus, qualiter venerabilis monasterii Reinherisbrunnensis abbas Ernest et serenissimus ac principalis comes totius Thuringie | Lūdevvicus prefati monasterii advocatus communi fratrum universorum Reinherisbrunnensium consilio constituerunt, ut nullus eiusdem | cenobii abbas quicquam de bonis et p[re]diis ad  
 5 hoc pertinentibus cuiquam libero viro [vel ministeriali] prestare presumat pro servitio militari, sed etsi, quod absit, presumpserit, in omnibus omnino irritum sit. Quia enim locus ille non pro sec[ularis] d[ominatio]nis dilatanda gloria, sed pro summi regis Christi eiusque pię matris Marię perpetuę virginis et sancti Iohannis ęvangelistę et omnium sanctorum hon[ore] s]umpsit initium, satis videtur absurdum, ut predia eidem loco a fide-  
 10 bus in elemosinam collata vel a fratribus non absque magno victus et ve[stitus] sui detrimento acquisita secularibus viris in beneficium prestet aliquis pro suę usu elationis vel privatę voluntatis. Eorum igitur votum atque [consti]tutum assertionis nostrę favore firmantes tam episcopali quam sedis apostolicę legationis auctoritate freti ea, quę illi con-  
 stituerunt, const[ituimus] atque sancimus et banno dei et sanctorum apostolorum Petri et  
 15 Pauli, quorum speci[ali lo]cus idem asscribitur ditioni, [et] nostro rata h[ęc et incon-  
 vulsa] esse decernimus atque precipimus. Si quis autem abbas in posterum huius [privi-  
 legii nostri] decreta temere [violare presumpserit, transgressi]on[is reatu] con[victus] ę[cclesi]ę iudicio [nomen] abbatis et pot[estatem amittat et officii sui periculo subia]cea[t].

Actum anno ab [incarnatione domini MCXXXVI, regni autem] domni [Lotharii  
 20 regis XI, imperii vero eius III, electionis vero domni Adelberti Magontiensis] archiepiscopi  
 X[XVI, indictione XIII.]

(SJFR.)

## 117.

*Wernher, Abt des Petersklosters zu Erfurt, bekennt, daß vier Slaven und dem Landgrafen Ludwig  
 25 zinspflichtige Bewohner des Dorfes Bechstedt dem Peterskloster ihr in der Nähe desselben gelegenes  
 Erbgut überlassen haben, um dafür drei von einem Erfurter, Namens Sigfried, dem Kloster über-  
 eignete Häuser zur Wohnung zu erhalten.* 1136.

*Gedr.: Schannat, Vindemiae liter. 2,1.*

Notum sit omnibus Christi veritatem sectantibus presentibus et subsequentibus,  
 30 Sigefridum quendam Erpesfurtensem sancti spiritus aspiratione succensum propria pecunia  
 III mansos in villa, que Backesteti dicitur, emisse sanctoque Petro principi apostolorum  
 cenobitisque predicti apostoli commorantibus in Erpesfurt absolute tradidisse pro salva-  
 tione videlicet sue anime uxorisque, nec non omnium parentum cognatorumque salute,  
 pro quo predio suscipiendo ad incolendum dederunt pro oblatione unum mansum heredi-  
 35 tarii predii iacentis iuxta predictam villam, quatuor Slavi de sepe nominata villula, hospites  
 Ludevici comitis provincie, quorum ista sunt nomina Luzicho, Herolt, Odalrih, Cuno.  
 Hi quatuor viri susceperunt predictos quatuor mansos, tam illum, quem obtulerant, quam  
 illos tres, propter quos acquirendos proprium mansum tradiderant hereditarii iure predii,  
 ita ut, cum quis istorum obierit, filius eius aut proximus propinquus offerat abbati predicti